



BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI

3061






45245

FVNEBRE CAR-
MEN SERENISSIMÆ PRINCIPI
ET D> D> ELISABETH SERE-
NIS> ROM> HVNG> BOHE> ETC> REGIS. FILIAE POTENTIS> AC INVICTIS> PRINCIPIS ET D> D> SIGISMVNDI AVGVSTI DEI GRATIA REGIS POLONIAE.
MAGNI DVCIS LITHVANIAE.
RVSSIAE. PRVSSIAE. MASOVIÆ
QVE ETC> CONIVGI LON GE CHARISISIMÆ XV> IVNII VILNE MOR

TVÆ>



Mor Stanislae Zelichowski Philos. Doctor. 1557
A IAC> PR> IES> POLO> EX TEMPORE CONSCRI

PTVM>



1.996

AD SER E. AC POT. P. AC D. D.
Sigis. II. Augustum Regem Poloniæ. &c.

Si luges Auguste, etiam lugemus, & atro
Vellere nigramur, te nigricante, simul.
Luna suum à solis radijs accommodat ignem,
Solis at occidui fert pia nocte vices.
Et nos quod gazam, pacem, & decus hausimus à te,
Quisq; tuos planctus officiosus obit.



NVncius vt dixit: Reges, Reginæ Poloni
Occidit, & gelida morte perempta iacet.
Perculsi Reges subiti nouitate doloris,
Confusiq; simul conticueré diu.

Nec mora collachrymāt, vñā lachrymatq; senatus:
Communis cœpit omnibus esse dolor.

Vxor enī **AVGVSTO** cadit, huic mitissima Princeps:
SISMVNDO Narus o Chara, simulq; **BONÆ**.

At ne non superis dolor esset & omnibus idem,
Mortales tetigit qui nouitate truci.

De nece mox populos dum nuncia fama docebat,
Aligero spargens funera mœsta gradu.

Protinus Oceano densa cum grandine nymbus
Ingruit, ægroti signa stupenda Iouis.

Ingeminat glaciem nubes pharetrata volantem,
Et quantum ploret, Iuppiter ipse docet.

Interea surgit facies horroris, & urbem
Pertentat, trepido sollicitatq; metu.

Soluitur in lachrymas ergo omnis sexus & ætas,
Hinc timor, hinc mæror tristia corda quatit.

Exoritur passim species horrenda v lulatus,
Troades ut flerunt mœnia capta phrygum.

Murmura campane reboant, lachrymasq; ministrant,
Fama rei duræ verificatur ubi.

Collegiū Stonis lapponis A ij Nec mora
Soc: gesv.

Nec mora ponuntur tyrio medicata veneno
Tegmina, tum quicquid Regia lucis habet.
Annulus ignito diamante superbus; & aurum,
Deſcitur digitis, pectore, fronte, mitris.
Purpura non fasces, rutilum non aula metallum;
Tollit, non vſquam cernitur ullus honos.
Buccina conticuit, litui, citaraq; ſonantes,
Ingenti regnat ſolus in vrbe dolor.
Ac mox corriputere nigrasq; rudesq; cucullas,
Et quæuis rigidis vſtibus apta putant.
Purpurei Reges primum, ſacer ordo Senatus
Dehinc, aulam ſequitur plebs gemebunda nigram.
Atria picturis vilent ſpoliata diſertiſ,
Cum dominò paries nudus & ipſe dolet.
Agmina ſtipantur tunicis horrentia nigris,
Vnus erat ſeruis, Principibusq; color.
Staminibus fulcantur equi tristi ordine pullis,
Pullata currus in ſtatione nigrent.
Quæritur heu mæſtis tota color ater in vrbe,
Tum ſquallore nigro vincere quippe iuuat.
Scilicet ut proceres certarunt milite pulchro,
Cum veniens Crocam fulciperetur hera.
Nunc iterum male tegminibus certatur opacis,
Et dannant luxum vefe rigente ſuum.

Præfertim

Pr̄esertim AVGVSTVS cum hinc festinabat abire,
Coniugis ut charæ funera condat humi.
Hic tamen ante sibi voluit persoluere iusta,
Ne non impleret planctibus omne solum.
Ergo ubi lychnorum medio simulachra locantur
Funeris; ut fieret tristis imago necis.
Tum latè & longè fumant altaria templis,
Milleç per centum temp̄la cremantur opes.
Nigriciem illustrat Phœbus, Phœbum adiuuat ignis,
Sic nigret horridius mœstus in æde color.
Nænia concinitur passim, ploratur ubiq;
Inferias toties & renouare iuuat.
Sacrificum procerumç simul pius ordo parentans,
Consequitur Regem, Regis & acta boni.
Ducitur in mœstos etiam miser ordo cohortes,
Et multa exequias sedulitate facit.
Lamentis certare iuuat, iuuat atç dolore,
Quisq; sui partem disperisse putat:
Tunc vero Augustus Rex circum altaria amictu
Lugubri, haec tectus supplice voce dabat.
NATE Dei Patris, cuius fortissima dextra
Regna tenet, Reges casibus atq; rotat.
Aspice me viduum dilecta coniuge, de qua
Spes mihi præclaræ posteritatis erat.

A ij Quam

Quau liqui incolumem, iacet heu regale cadauer,
Plaudit & in tristi funere parca ferox.
Hoc mihi coniugio fuerat Germania iuncta,
Iunxerat inq̄ hostes Carolus arma Crucis.
Nunc iuueni mihi vtrumq; meis perijtq; popellis.
Fœminei sexus gloria magna simul.
Quæ probitas in ea fuit: ac reuerencia nostri?
Quantæ iuncta fuit forma pudicitiae?
Et si Cæsaridum genus illa, opibusq; superbum,
Mente fuit te humili Christe secuta tamen.
Fœminei vicit generis laudem illa profecto,
Quam semper nobis sæcula prisca canunt.
Ergo cape hanc, mundi temerari quam vſibus ipſe
Nolebas, regnet quo meliore modo.
Viuam eius semper memor, exemplumq; putabo,
Ad quod ſe ſingat fœmina quaq; ſacrū.
Porro etiam viduum miserare precamur, & esto
Qui carnis ſpem aufers, ſpesq; ſalutisq; mihi.
Talia commemorans oculos ſuffusus ad aram,
Conſecrat magno triftia vota Ioui.
Non tamen hos animi fluctus ſædauit ad aram,
Quin abiens queſtus fudit ab ore nouos.
Cur mihi ſollicitam dederas, tamen vſq; futuri
Ignaram mentem, & nescia corda Deus?

Dicere

Dicere non possum me hunc præsagisse dolorem,
Sæpe tamen fregit sollicitudo caput.
Somnia monstrifero veniebant nocte tumultu,
Ire, cubare, mori, aut visa dolere mihi.
Sed quid dissimulos? te infœlici omine liqui,
Dum patris ægroti iussa capesso celer.
Ter dixi: vxor amata vale, ter voce repressa
Illachrymo, & signis ter mea scribo, vale.
Tædia quæ me agitare dehinc, retroq; reuerti
Suasere, ac animum discruciare meum?
Ergo hoc monstra mihi, capitiseq; insomnia visa
Euasere: quatit nunc mea regna dolor.
Dixit, & indulgens lachrymis grauitatis amator,
Os regale premit, fata seuera putans.
At tibi quis sensus fuit, SISMVNDE! videres
Tot mæror populis quod Nurus ista fuit.
Lumina vidi equidem tua tum rubicunda fuisse
Rore pio, annolas & violasse genas.
Veste rudi incedis, nigra & fuligine tincta,
Et stimulos magni mente doloris habes.
Dicebas etenim, exegi foeliciter annos
Regnando belli tempore, siue toge.
Sed cecidit mihi prosperitatis cardo, sorores
Stamina quod Nurui iam secuere meæ.

A iiiij Semper

Semper ego ab saluā grauidamīq; nepote futuram

Expetij, hæc vetulo maxima cura fuit.

Hac seriem Illustrem Regum dixi ipse videbo;

Hac mihi spes longæ posteritatis erit.

Filius hinc, sacer inde potens, vicinia diues

Linquetur populis me moriente meis.

Vna dies rapuit misero mihi tot bona: credo

Nunq; dum spiro conspiciunda mihi.

✉ dilecta vale Nurus, hunc victura per orbem,

Virtutum exemplum, numinis atq; loco.

Sic BONA Sphorciadum decus, vltima Iusta resoluēs

Tecta rudi lino mæret & ipsa Nurum.

Communes etiam vitæ memorat'q; dolet'q;

Tum mortis casus, imperijq; vices.

Hanc etiam propter Natarum nubilis ordo

Subsequitur, nitidas commadidat'q; genas.

Et ne virginibus foret illachrymata venustis

Fratria, virginco semper amata choro.

Deposito tenui bysso, gazil'q; marinis

Insuctos humeros veste nigrante tegunt.

Ac inquit Senior, fidissima turba sorores,

Plangite: nam fragili stamus in orbe gradu.

Candidius quid erat Fratris nupta: huic tamē audax

Sacrilegam iniecit funere parca manum.

Huic

Huic etiam alma Venus vinclo gaudere iugali
Non satis indulxit, sceptraque ferre diu.
Quid porro secum potuit, nisi ferre magistram
Vitae virtutem, ferreque mentis opes?
Dixit, & in tenues lachrymas soluuntur, amatæ
Ac frustra ingeminat terque quaterque vale.
Tum vero in Dominos quisque ut testetur amorem,
Soluitur in luctus aulica turba graues.
Impens Regum custos, duce flente Senatus
Collachrymans, rigidis mœret & ipse togis.
Nec mirum, huic etenim Clemens Reginæ sagaxque
Occidit, AVGUSTO viuere Digna viro.
Cumque LEONARDVS suggesto narrat ab alto
Egregiam vitam Principis, atque genus.
In planctum officiosa ruit plebecula: mœstos
Congeminat planctus, congerminatque preces.
Ipsa quidem incolumis viuens: se viuere prorsus
Principe quod sancta sit viduata, negat.
Iam sibi præsidium clamans cecidisse fidele,
Rebus in aduersis pauperieque graui:
Exemplum nuptiæ florem cecidisse puelle:
Nobilitas Dominam flet periisse piam.
Talia dum referunt populi per templa per urbes
Cum vox, cum planctus omnibus unus erat.

Moenia

Mœnia responsant, loquitur remeabilis Echo,
Rupibus, ac syluis plorat & ipse diu.
Densa sonant arbusta necem, gelidumq; Caducum,
Et plangunt medicas nil valuisse manus.
Occidit (ac iterant) memorabile numen, apud nos
Æternum felix viuet at ipsa tamen.
I licet infernis morborum tota propago,
Profer in egregium corpus & arma necis.
Elisabethi Diuas inter referetur, in illam
Vespillo, & iuris nil L. bitina feret.
Hic statim visi faciles per inane volatus
Cœlicolum, & pennis ire, redire, citis.
Auditæq; procul voces pœna sonantes
Lætum, & perpetuo gliscere suave melos.
Atq; aliquis medio seiuinctus ab agmine dixit,
Mortales implens credulitate pia.
Tu semper Regem, Regina Polona, Polorum
Spirasti, Regis iam pia tecta subi.
Astra solo te inuiderunt: Lithuania Crocæ,
Astra animam, Cineres VILNA opulenta colet.
En tibi iam surgit lecto de marmore bustum,
Aërio exæqua ns vertice templa Deum
Quæq; illi in Dominos est obseruantia genti,
Sæpe colet supplex te quoq; thure pio.

Consimi

Consimili Casimirum etenim pietate sacrarunt,
Et festos celebrant tempus in omne dies.
Sculpi etiam busto pia verba videntur in orbem,
Quaeis vitæ ac generis significatur honos.
Elisabeth iacet hic FERDNANDI filia, at vxor
AVGVSTI, Patris, & gloria magna VIRI.
At tu Rex FERDNANDE: necis cum nuncius aures
Pulsabit, pectus concutiet quæ tuum.
Quos NATÆ gemitus dabis, inferias quæ Polonæ
Reginæ: multum quæ tibi chara fuit.
Scilicet inuictum FRATREM patruum quæ sepulta
Hortabere, etiam sit suus iste dolor.
Sternitis & Gallum atque Getas, duo fulmina fratres,
Ius habet in vestrum mors tamen atra genus.




Cracoviæ in officina Typographica Ieronimi
Vietoris. Anno. M. D.
XLV.

AD SERE. REGI.
NAM ELIZABETH DIS-
TICHON ▶

Filia tergemini Regis, Regalis & vxor:
Post mortem Christi sponsa fidelis, auc.





2323

